



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm. Servandi Pvblicas, Sacrasqve Processiones,
Sev Svpplicationes, Tam Ordinarias, quae fiunt certis
diebus per annum; quàm extraordinarias, quae varijs ac
publicis Ecclesiae de causis in ...**

Coloniae Agrippinae, 1640

De sepultura paruulorum non baptizatorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-9480

O R E M V S.

DEVS cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & vbique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, vt à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem Christum &c.

Verf. *Requiescant in pace.* Resp. *Amen.*

DE SEPULTURA

paruulorum non baptizatorum.

PVeruli, vel sanctorum hominum filij, & quicumque alij ex hac vita sine baptismo migrantes, in loco sacro sepeliri non debent. Estq; in ijs obseruandus Canon. 35. Concilij I. Braccarenensis: *Catechumenis sine redemptione Baptismi defunctis, non oblationis sanctæ commemoratio, nec psaltendi impendatur officium. Nec tamen sunt eorum corpora insepulta proyicienda more belluarum, propter humana naturæ dignitatem, sed in loco honesto recondenda; quod fiat sine vllis precibus, ac solemnitate à laico, nec quisquam ex clero, etiam vocatus, prophana sepultura intersit.*